

Sept. 1549.

99.

LR 7, 485

S. D. Carissime Colline. Etsi nihil perinde levat
 molestiam in his communibus miseris, ut amicorum
 prudentium colloquia, et ego in primis acquiesco in tuis
 literis, tamen ita flagito officium scribendi, cum commode
 et scribere et mittere poteris. Benevolentiam mutuan
 et animorum, inuicem et iudiciorum consensionem spero
 eternam fore, et fruamur nostram amicitiam multo
 dulcius in illa eterna consuetudine apud filium Dei,
 et nostros collegas, id est doctores Ecclesie, Prophetas
 et Apostolos. In Germania Saxonica bella metuo. Nunc
 Carolus ex Belgico rediit Spiram. mitto tibi pagel-
 las ut soles. Bene vale. die 16. octobris, quo ante
 annos 1872. interfectus est Demosthenes. Anno
 1549.

Philippus Melancthon.

Inscriptio.

Carissimo Viro eruditione
 et virtute Prostanti D.
 Matthaeo Collino, in Aca-
 demia Pragensi, amico
 suo carissimo.

ACHILLES BOCCHIUS THEODORO
 et Alberto Germanis Iuuenit. Studiosiss.
 S. P. D.

100.

Quam me proximè rogastis sententiam, quid Alemannia
 voce significetur, dicam sane, et paucis expediam. Res
 vulgò satis omnibus nota est et pervagata. Attestor igitur
 atque profiteor, quod et annis retroactis plus minus XXX.
 Bononia publicè sem professus, me simul patrum nostrorum
 memoria, fando consentanea, omnia prædicatione sem,
 per audisse, simul legendo diligenter et adnotando com-
 perisse, Alemannorum appellatione Germanos intelligi, qui
 superiores dicuntur, et alii esse ab inferioribus probantur.

Nam cum Germania omnis Ptolemeo treis divisa sit in
partes; in superiore inferiorem, et Maynam, ut qui ad Rhodanum
fontes habitant, Italia vicini usque ad Vangiones, nunc Vo-
mancenses, superiorem; Qui vero viciniore Oceano, Septen-
trionis sunt, inferiorem, ceterum transRhodani penin-
sulas usque ad Albin, magna teneant; satis constabit
manor superiores Italia vicini Alemannorum nomen
acceperisse à Lemano Lacu, qui notissimus est in superiore
Germania parte, ubi Rhodani fontes esse perhibentur; siquidem
B. Rhodano teste, Septentrionales illi, praesertim transalbi-
ni cum de mutandis sedibus cogitarent, imitati superiores
ipso illos transito Rhodano, quo se totos viros fore pro-
se ferrent tam sibi met, quod illis hoc nomen assumpsere (quod
si gax sui Mann) sequere quod fortissimi bellatores et
viri omnes esse et vellent, et deberent, Alemannor / quae
alio mauer appellitaverit / licet illos ita vocator, quae
collocatus esset et gens collectitia referat Alciaty, Agathae
Authore, ex Apinii quadrati historia. Itaque posteri nomen
(ut sit) Alemannorum, quod antea prioribus illis majori-
bus suis imposuerant usurparent. Habetis meam de Alle-
mannorum nomenclatione sententiam, cui non dubito quin
aequales nostri viri cumque ordinis lectissimi iuxta ac
humanissimi scribendo sint affuturi, si nomen ipsius ori-
ginem, ac verilogium animadvertendum diligentius esse
statuerint. Valete ut optatis, et me / quod mutuo faci-
etis / semper amate. Bononiae ex Adibus nostris
III Id. Julias MDXLIX.

107.)

Doctissimis, piissimis ac humanissimis viris,
D. Joachimo Martino, M. Jo. Hammi Duplio,
M. Simoni Celschmid et reliquis Gottingae
fratribus, sinceram Christi doctrinam sen-
cere docentibus Dnis amicis et fratribus
in Christo dilectissimis suis;
Gratia vobis cum et pax per Christum!
Puto, fratres ac Domini charissimi vos de meo
felici ad meos reditu jam pridem certiore scire.